SAMMELHANDSCHRIFT (ZUM PERSÖNLICHEN GEBRAUCH ANGELEGT VON IOHANNES SCHLITPACHER)
Melk, 1468-1475 Seite 4v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40115
Copyright: Melk, Benediktinerstift



et officio sit intentus nisi cum quibus fraternitatis utilitas impediat

De Cura fratrum infirmantium et defunctorum sepultura et oratione pro ipsis facienda

Cum autem quemquam ex fratribus infirmari contigerit ministri per se vel per aliud seu alios sic hoc ei infirmus fecerit intimari semel in ebdomada visitare teneantur egrotum ipsum sollicite ad recipiendum penitentiam prout melius et efficacius putaverint inducentes necessaria illi de bonis quibus ministrando Et si prefatus infirmus de presenti luce migraverit fratribus et sororibus tunc in civitate vel loco ubicumque contigerit sine mora intimetur ut defuncti exequiis procurent personaliter interesse a quibus donec fuerint missarum sollemnia celebrata et corpus tumulo traditum non recedant hoc quoque circa sorores infirmas et decedentes volumus observari preterea infra octo dies post ipsius sepulti obitum immediate sequentes quilibet fratrum et sororum ipsorum dicat pro anima eius vicem sacerdos missam unam. Sciens psalterium quinquaginta psalmos et illiteratus totiens pater noster et in fine cuiuslibet requiem eternam Et preterea hoc infra annum pro fratrum et sororum tam viuorum quam defunctorum salute tres missas faciant celebrari Qui vero psalterium sciant illud dicant et ceteri orationem dominicam centies dicere non obmittant requiem in fine cuiuslibet addicitur.

De Officiis suscipiendis

Ministeria quoque et alia officia que presentis formule series exprimit imposita sibi quisque devote suscipiat cuiuslibet fideliter exercere officium autem cuiuslibet certi temporis spatio limitetur.

De Electione ministrorum et visitatoribus huius fraternitatis